



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio sexta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. III. Distinctio. VI.

7 Per idem patet ad secundum, quia quod Christus intulit effectum sacramenti sine sacramento, hoc potuit in quantum Deus, sed meruit in quantum homo.

Q V A E S T I O Q V A R T A.
Vtrum Christus potuit dare hominibus potestatem dimitendi peccata.

Tbo. 3. q. 64. ar. 4.

Secundum queritur vtrum Christus potuit dare hominibus potestatē dimitendi peccata. Et arguitur quod sic, quia plus est expellere dæmonem à corpore hominis, quam peccatum ab anima. Sed Christus potuit dare hominibus, & dedit potestatē expelli dæmones, ut dicitur Luc. 4, ergo potuit dare potestatē dimitendi peccata.

2 Item Ioan. 20. Dicit Christus discipulis suis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ergo dedit discipulis potestatē dimitendi peccata.

3 IN contrarium arguitur, per illud quod dicitur in euangelio: Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? sed illud quod comperit soli Deo non potest communicari puro homini, ergo &c.

4 R E S P O N S I O. Circa questionem istam videntur duo. Primum est, quam potestatem Christus potuit communicare hominibus. Secundum est, quam potestatem eis communicavit.

5 Q U A N T Y M ad primum sciendum est quod Christus non potuit comunicare hominibus potestatē autoritatis, quia illa non fuit eius nisi in quantum Deus. Nec potuit ipsi comunicari in quantum homo erat (ut dictum est) multominus ergo potuit comunicari homini puro. De potestate autem excellentiae quae sibi comunicata fuit, resinet cōmunicare p̄ eam hominibus comunicare potuit, sed non decuit. Primum probatur sic: Quicquid comunicatum est Christo in quantum est homo potest comunicari homini puro: sed p̄dicta potestas fuit cōmunicata Christo in quantum erat homo, ergo potuit comunicari homini puro. Minor patet, sed maior probatur, quia Deus potest nature humanae cōmunicare omne illud cuius ipsa capax est, sed natura humana capax est omnis perfectionis, qua cōmunicata est Christo secundum humanam naturam. Alioquin non fuisse ipsi cōmunicatum si natura nō fuisset capax; ergo &c. Potuit ergo secundum hanc opinionem cōmunicari aliqui puro homini p̄ meritum eius baptismū efficaciam tribueret, p̄ baptismū institueret, quod sine baptismū effectum baptismī tribueret, & quod ad invocationem nominis eius tribueretur baptismū. Istud tam non decuit, ne seruus in seruo ponetur spem salutis. Et ne multiplicaretur baptismū secundum multitudinem ministeriorum. In hoc autem dicto est vnum solum dubium, scilicet an poterit aliqui puro homini conferri quod meritum eius tribueret efficaciam sacramentū hoc enim nō videtur possibile, nisi dicatur quod pura creatura potuerit pro toto humano genere satisfacere. Cuius ratio est, quia cūm sacramenta sint sufficiētia remedia nostrā iūificationis, nullius personae meritum potest efficaciam tribuere sacramenta, nisi que potuit satisfacere pro omnibus peccatis. Si ergo illud primum potuit cōmunicari aliqui puro homini, videtur quod & secundum. Quid tamen sit verum circa hoc dicitur et lib. 3. distin. 20.

6 Quicquid tamen sit de hoc, patet quod Christus nō cōmunicauit hominibus nisi potestarem simplicis ministerii ad dispensandum sacramenta que ipse instituit sicut Apost. dicit. 1. Corint. 4. Sic nos exsimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et hoc dicit Aug. super Ioan. homil. 5. Et habetur in litera: quid nouerat Ioan. bap. dominum, quid vero non nouerat potestatem baptisini dominici in nullum hominem a domi no transiit, sed ministerium. In quo apparet secundum quod fuit propositum.

7 AD primum argumentum dicendum quod Christus non dedit discipulis potestarem eiendi dæmones per modum autoritatis & quasi virtute propria, sed folum per modum ministerii orando & inuocando nomen Christi.

8 Ad secundū dicendum quod illud Ioan. 20. quorū remi-

Quæstio III.

feritis peccata, &c. intelligitur solum de ministerio collatio discipulū in administratione sacramentorum.

9 A R G U M E N T U M autem in oppositum loquitur, de potestate autoritatis quae nulli homini puro communicari potest.

Sententia huius distinctionis. VI.
in generali & speciali.

Nunc quibus licet baptizare. Superius Magister determinauit de baptismo per comparationem ad ministros. Hic determinat de eo quantum ad vium & solenitatem. Et diuiditur in quatuor partes. Primo determinat vium sacramenti baptismi quantum est ex parte baptizantium. Secundo quantum est ex parte baptizatorum. Tertio quantum ad ipsius sacramenti veritatem. Quartus quantum ad ritum sacramenti. Secunda ibi, Illud etiam ignorandum non est. Tertia ibi, Quare etiam solet si corrupere. Quarta ibi, agnoscendum est. Prima diuiditur in duas. Primo determinat de baptizantibus quantum ad gradum, quantum ad vium, & quantum ad fidei meritum. Secundo obicit contra predicta & soluit. Secunda ibi, Sed tamen nonnulli doctorum. Secunda pars principalis in qua determinat de viu baptisni quantum ad baptizatos diuiditur in duas partes. Primo determinat veritatem. Secundo ponit quandam obiectionem, & soluit. Secunda ibi, Si vero opponitur de Hieremias. Tertia pars principalis in qua determinat vium quantum ad veritatem ipsius sacramenti diuiditur in quatuor secundum quatuor que circa haec inquirit. Secunda incipit ibi, Præterea secundum est, ut dicit Leo Papa. Tertia ibi, Solet etiam queri de illo. Quarta ibi, Illud etiam non te moueat. Quarta pars principalis in qua determinat ritum sacramenti diuiditur in tres partes. Primo determinat ritum sacramenti quo ad tempus, Secundo quantum ad responsione patrinatorum. Tertio quantum ad catechismum & exorcismum. Secunda ibi, Porro cuncti ad baptismum venientes. Tertia ibi, Illa autem interrogatio & responso. Et in hoc terminata diuisio lectionis & sententia in generali.

2 IN speciali si procedit Magister. Et proponit primo quod solum sacerdotibus competit ex officio baptizare. Non sacerdotibus vero non competit nisi necessitate cogente: in quo casu & laicis, & mulieribus permittit ut baptizare. Subdit autem quod baptizati ab hereticis si iuxta formam ecclesie baptizati sunt, baptizandi non sunt, quia verum suscipiunt sacramentum, quamvis non sacramenti effectum, quod autoritatibus confirmat. Deinde obicit in contrarium autoritate Cypriani qui dicit, quod ab hereticis non possit tradi baptismus, & ab eis baptizatos rebaptizandos esse. Magister autem determinat hoc esse verum de his qui præter formam ecclesie baptizantur ab eis. Et dicit Cyprianum hoc quod dicit ex ignorantia dixisse, & non in hoc verum sensisse, sed secundum Augustinum eius ignorantia fuit purgata. Et de trina immersione subdit quod trina immersio propter mysterium trinitatis fit. Deinde queritur vtrum in materno vtero posset aliquis baptizari. Et determinat Magister quod non, quia non potest aliquis renaci antequam sit natus. Postea obicit in contrarium de Ioanne Baptista & Hieremias, qui fuerit in vtero sanctificati. Et responderet quod ista sanctificatio fuit præter legem communem. Et adducit Augustinum ambiguum loquenter qualis fuit sanctificatio Ioannis. Et vtrum in eo fuerit acceleratus rationis vius, an non. Deinde querit si corrupte proferantur verba, quae sunt forma baptismi, vtrum sit baptismus. Et responderet quod corruptione proueniens ex ignorantia proferentis verba, baptismus non viriat. Quod autoritatibus confirmat. Postea queritur vtrum sint baptizandi illi de quibus dubitatur, vel ignoratur vtrum sint baptizati. Et determinat quod sic non enim videtur iteratum, quod collatum esse nec sit. Deinde querit vtrum sit baptizatus, an non illi qui ioculando immersitur, inuocatio nomine trinitatis. Et responderet Magister quod non, quia haec intentio fuit ioculandi, & non baptizandi. Et ideo non est baptizatus. In baptismō enim, & in aliis sacramentis sicut debita forma seruanda est, ita intentio illud

Magistri Durandi de

illud celebrandi est habenda. Poisca dicit quod parvuli qui ad baptismum deferuntur spe cōmodi temporalis verū baptismum recipiunt. Deinde dicit q̄ in paſcha & in pentecoste, id est, in sabbato virtusq̄ solemnitatis debet sacramentum baptismi celebrari, necessestā tamen vrgēte, vel pericolo potest omni rēpore dari baptismus. Deinde dicit q̄ venientes ad baptismum, si sint adulti debent per seipſos fidem suam profiteri & exprimere: parvulus autem & alii qui nō possunt per se loqui, possunt baptizari alii pro se loquentibus, seu confitebūs. Querit etiā ex quo ſenſu dicatur pro parvulo, credo, vel fidem peto. Et dicit quod responderet pro parvulo credere, vel fidem habere & fidem petere, propter fidei sacramentū, quod ſuſcipere p̄festo eit. Querit etiā ex quo ſenſu responderetur pro parvulo, credo in Deum patrem, &c. Et quomodo pro ipso responderetur omnibus diabolis pompi abrenunciare. Et responderet q̄ in ſuſceptione baptismi responderetur pro parvulo, quod quum ad maiorem aetatem, vel legitimā veniret pompi diaboli renunciabit, & ſanam fidem tenebit. Et ſubdit quod hāc ſponſione tenerur parvulus, pro qua fit ſponsio, & non ipse qui ſpondet. Si tam diligenter & ſollicitē fe habeat circa eum, quia à patrino exiguitate diligens ſollicitudo. Vtrīm dicit q̄ ante baptismum catechismus fit, id est, inſtruſio per quā baptizādū inſtruſit de ſymbolo, & fidei rudimentū. Exorcismus vero eit adiutorio per quam adiuratur diabolus, ut repellatur. Vnde in eo dicitur, exī immūde ſpiritus. Subdit etiam q̄ catechismus & exorcismus ſunt neophytorum, vel ad fidē nuper conuerſorum. Et dicit quod magis dicuntur sacramentia, quam ſacramenta, & praecedunt baptismum, nō de neceſſitate, quia ſine eis potest fieri & eſe baptismus. Sed baptizandus per catechismū in fide inſtruſit, per exorcismū diaboli potefas in eo irritatur vel prohibetur. Et in hoc terminatur ſententia lectionis, &c.

Q V E S T I O . P R I M A .
Vtrum aliquis poſit ſanctificari ante na-
tiuitatem ex vtero.

Tb. 3. q. 27. C. q. 68. art. 1. ad. 3.

Circa diſtincſionem iſtam queritur de duobus. Primum eit de ſacramento baptismi ex parte baptizati, & baptizantis. Et ſecondum de ſacramentalibus adiunctis, videlicet de catechismo & exorcismo. Circa primum queritur de duobus. Primum eit, virum aliquis poſit ſanctificari ante naſtiuitatem ex vtero. Secundum eit, virum ad baptismū requiratur intentio baptizanti. Ad primum ſic procedit, & arguitur quod nullus poſit ſanctificari ante naſtiuitatem ex vtero, quia ſicut fe habet peccatum actuale ad actum, ſic peccatum originale ad originem, ſed nullus poſit ſanctificari a peccato actuali, quādū coniunctus eit actui peccati. Alioquin ſimil in eodem eſſentia culpa & gratia, quod eit imposſibile, ergo nullus poſit ſanctificari ab originali peccato quādū coniunctus eit origini. Sed talis eit puer quādū eit in materno vtero, ergo &c.

² Item non minus eit efficax diuina operatio in cura-
tione spirituali quā in corporali. Sed curati à Deo corpo-
raliter nō eguerunt aliquo medicamento corporali, ergo
nec curati à Deo spiritualiter egent alio medicamento ſpiri-
tuali. Sed omnes poſtquam nati ſunt, eſte baptismi:
ergo ante naſtiuitatem nullus curatur spiritualiter à Deo.

³ IN contrarium eit quod dicitur Luc. 2. de Ioanne
Baptista, Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matri-
ſu. Et de Hieremia dicitur Hier. 1. Antequam exires de
vulva ſanctificauit te.

⁴ R E S P O N S I O . Intelligentium eit quod ſanctifi-
cationis à culpa originis eit duplex, vna ſecondum legem
communem, que fit mediante ſacramento baptismi. Alia
ſecondum ſpecialē diſpensationē ex ſpeciali gratia dei.
Dicendum eit ergo quod per primam ſanctificationem
nullus ſanctificatur niſi natus ex vtero matri, tamen ſe-
condum priuilegiata ſanctificationem poſſunt, & ſue-
bunt aliqui ante naſtiuitatem ſuam ſanctificati.

⁵ P R I M U M pater, quia ſanctificatio que fit per
baptismum, fit per viuū & applicationem ad baptizatum
ſed parvulo existenti in vtero matris nō poſtſit fieri talis

Sancto Porciano

applicationis, ergo non poſtſit ipſi adhiberi talis ſanctificationis. Et ſi quis dicat quod imo ſaltem mediante matre, nō valer, quia aut intelligitur quod si mater nō fit baptizata ſufficit vnuſ baptiſtis pro ipſa & puer exiſtente in vtero; aut intelligitur quod matre prius baptizata ſecondus baptismus mediante matre proſit puer. Primum non poſtſit dici, quia diſtinctiorum ſuſpoſitorum oportet eſſe diſtincta baptiſinata. Sed mater & parvulus eius in vtero exiſtens ſunt duo diſtincta ſuſpoſita, ergo debent habere diſtincta baptiſinata, & nō tantum vnam. Nec poſtſit dici ſecondum, quia proxima & immediata cauſa debet inmediata vniſ ſuſbieſto actionis. Proxima autem & immediata cauſa noſtræ ſanctificationis ſecondum comūnem legem ſunt ſacramenta, ergo debent immediatē vniſ ſuſbieſto ſuſcipti ſanctificationem, quod non poſtſit fieri quo ad puerum exiſtente in vtero materno, quare, &c. Hoc etiam confirmatur per illud quod fit in aliis ſacramentis. In confirmatione enim oportet confirmationum immediatē inungi in fronte, & non mediante aliqua reputa latua. Et ſimiliter ordinatus immediatē recipiat ab Epifcopo instrumenta ſuſe ordinationi congrua. Similiter eit in extrema vniſtione, ergo in baptismō idem conſendum eit. Et hoc eit quod dicitur de confeſſione, q̄ in maternis. Oportet ergo ad baptiſandum puerum exiſtare natuſtatem ex vtero, & perfectam natuſtatem, niſi periculum mortis imminentia. Et tunc ſi aliqua pars apparet, aut eit caput, aut alia pars. Si caput tunc, vt dicunt quidam, alpergē debet cum praescripta forma verborum. Et reputatur puer baptiſtatus propter caput in quo ſicut in principaliori parte vigente omnes operationes animae. Et ſi contingat quod corpus egrediatur, non eit rebaptiſzandus. Secus autem eit de aliis partibus, & de manu, vel pede, in quibus non vigent omnes operationes animae. Nihilominus & haec alpergē ſunt cum forma verborum, quia non eit ardua diuina misericordia, quinimo potius eit preſumendum quod ſi aliquid deficiat de integritate ſacramenti ſuppletur per misericordiam Christi. Si ramus poſta plenarie naſcatur, baptiſzandus eft ad calcetum ſub hac forma. Si tu non es baptiſtatus, ego te baptizo, &c.

⁶ Sed hic eit vnuſ dubium, quia baptiſtis in parvulo ordinatur ad remiſionem originalis culpe. Sed originalis culpa ponitur in eſſentia anime, & non in aliqua eius eius potentia, vel ſi eit in potestate illa nō eit organica, ſed epiſtola litera ſe habet ad omnes partes corporis, ergo a qualiter ſufficit ad baptiſtis alpergē quācumque partem, in qua eit eſſentia anime, ſicut illa in qua cum eſſentia viget potentia: talis autem eit quālibet pars pueri egrediens ex vtero matris. Quum in quālibet parte viuentis ſeſtentia anime, ergo idem iudicium eit de qualibet parte egrediente, quare &c.

⁷ Secundum patet, ſi quod ſecondum ſpecialē diſpationem poſtit aliquis in vtero ſanctificari, quia ſicut eit in ordine nature, ſic eit in ordine gratiae: ſed ſic eit in ordine naturae, quod illa que ſecondū curſum naturae ſunt mediabitibus cauſis ſecondis, poſtuit fieri. & quandoque ſunt à Deo ſine eis, vt patet in operibus miraculosis, ergo eodem modo eit in ordine gratiae, quod ſanctificatio noſtræ ſecondum legem communem fit mediante ſacramentis ſanctificationis potest fieri à Deo immediate ſine eis, & ſic eit factum de Hiero, qui ſanctificatus fuſit in vtero. Et plenus de Ioanne Baptista, & plenisime de virginis Maria, ſecondum quod plus vel minus acceſſerunt ad Christum ſanctum ſanctorum. Haec autem duo quadam communis ratione ſic probati poſſunt. Triplex eft ſtatus pueri, poſtuſ ſuam animatus eft. Primus eft in vtero materno, in quo natus eft Deo, non autem ecclſie vel ſibi. Secundus eft in tempore infantia poſtuſ ſuam natus eft ex vtero in quo natus eft Deo, & ecclſie, ſed nō ſibi notitia humana, que eit per rationem. Terter eft in adulta aetate, in qua iam natus eft Deo, ecclſie & ſibi. Et ex hoc ſic arguitur. Actus auctiuarum ſunt in patiente diſpoſito, ſed puer in primo ſtatu natus eft ſuſcipere actionem Dei, cui ſoli natus eft, non autem actionem ecclſie, nec ad actionē eius adhuc natus coagere. In ſecondo autem ſtatu natus eft ſuſcipere actionem Dei & ecclſie, cum fit vtriq; natus, nondum tam natus eft coagere, propter defectū viſus liberi arbitrii.

In

Lib. IIII. Distinctio. VI.

In tertio autem statu potest actionem Dei & ecclesie suscipere, potest etiam ex parte sui coagere, ergo in primo statu potest a solo Deo sanctificari praeter sacramenta ecclesie. In secundo potest sanctificari a Deo & ecclesia, secundum legem coiuinunem tamen ipso nihil operante quod sit per baptismum. In tertio vero potest sanctificari a deo & ecclesia ipso tamē cooperante quod sit per baptismum adiuncta interiori penitentia quātum ad peccata, vel fide & deuotio falem quo ad innocentes.

8 AD. primū arg. dicendum quod origo potest non minare actum quo aliquis esse acquirit, vel principium a quo vel in quo illud acquirit. Primo modo origo hominis est in infusione animae per quam acquirit esse hominis, & qui sic coniunctus est origini sanctificari non potest a peccato originali, quia tunc contrahit peccatum originale sicut coniunctus proprio actu malo contrahit peccatum actualē. Et sic procedit argumētum. vt autem origo nominat principium maximū passiuū in quo aliquis accipit esse, sic coniunctus origini potest sanctificari diuina virtute vt puer existens in utero matri, quia non est ei coniunctus per actum generatiū per quem culpa contrahit, sed per actum nutritiū.

9 Ad secundum dicendum quod sanctificati in utero agent baptisino non vt medicamentum curationis quod plenē receptorū, sed vt recipienti characterem per quem ascribantur eorum ecclesie & sicut suscepit sacramentum, & vt implantē communem legem promulgatam pro omnibus generaliter Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum ad baptismum requiratur intentio ministri.

Tbo. 3. q. 64.

Secundū queritur vtrum ad baptismum requiratur intentionis ministri. Et videtur quod non, quia magis videatur requiri ad baptismum fides quam intentionis. Cū baptismus specialiter sit sacramentum fidei, sed non requiriatur ad baptismum fides ministri, sed sufficit fides ecclesie. Alioquin Iudeus, vel Paganus non posset baptizare, ergo videtur quod non requiritur intentionis ministri, sed sufficit generalis intentionis ecclesie.

2 Item si intentionis ministri requireretur ad baptismum, recta intentione requireretur ad rectum baptismum, consequens est falsum, ergo & antecedens. Falsitas consequens patet, quia si quis baptizaret puerum non ea intentione vt puer salutem consequeretur, sed vt baptizans efficeretur familiaris matri pueri, non propter hoc in aliquo viairet baptismus, quare &c.

3 IN contrarium est quia ad omnem actionem que procedit ex libero arbitrio requiritur intentionis agentis, sed administratio sacramentorum est actio procedens a libero arbitrio ministri, ergo ad eam requiritur intentionis ministri.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primū est an ad sacramentum requiratur intentionis ministri. Secundum est virum requiratur recta intentionis ministri, an non.

5 Q V A N T U M ad primū tenetur communiter & intentionis ministri requiratur ad baptismum. ratio huius est, quia ex pluribus causis nunquam sequitur vnuus effectus nisi illa cause inter se aliquo modo vniuersit, sed plures causae concurrunt ad baptismum & ad quolibet aliud sacramentum. s. materia, forma, & minister ex quibus sequitur effectus baptismi, vel alterius sacramenti, ergo oportet quod iste cause per aliquid vniuersit. Illud autem est, intentionis ministri applicatis formam ad materiam, & vtrumq; ad sufficiēt, ergo ad omne sacramentum requiratur intentionis ministri. Qualis autem sit illa intentionis secundum est quod duplex est intentionis. Vna interior & mentalis. Alia exterior & vocalis que consistit in verbis ab ecclesia insitutis que sunt, ego baptizo te, &c.

6 Dicunt ergo quidam quod in baptismō & in aliis sacramentis que habent in forma actum exercitum non requiritur intentionis mentalis. Sed sufficit exterior expressio intentionis per verba ab ecclesia instituta. Et ideo si forma conferatur, nec aliquid exterior dicitur quod intentionem contraria exprimat puer est baptizatus. Hoc

QVÆSTIO III.

305

autem pro tanto dicitur, quia incertum est de mentali intentione ministri, propter quod si illa requireretur ad baptismum nunquam constaret de puer an esset baptizatus vel non nisi baptizanti, quod est inconveniens, cum baptismus sit sacramentum necessitatis. Sufficit ergo secundum istos sola expressio intentionis ecclesie per verba ab ecclesia instituta.

7 Et si istud intelligatur sic quod ad baptismum non requiratur mentalis intentionis ministri, sic quod ipsa semper actu cōcomitetur actum eius, verum est, sed sufficit quod ab intentione procedat, & ex vi principialis intentionis tanquam ex radice perficiatur. Quia in operibus meritorioriis non plus requiritur, in quibus ramen tantum vel magis est necessaria intentionis operantis, quia talia opera ratione efficaciam habent a conditione operantis: vix enim est possibile quin in uno opere quantumcumq; modico interrumptur intentionis.

8 Si autem intelligatur quod mentalis intentionis ministri nullo modo requiratur ad baptismum, sed sufficit vocalis expressio verborum institutorum ab ecclesia, non est verum propter multa. Primo quia haec expeditio contradicit principali conclusioni, que dicit quod intentionis ministri requiratur ad baptismum: constat autem quod intentionis est actus interior & mentalis, si ergo ille desit quātum cunque verba exteriora intentionem significantia profertur, non est ibi intentionis, sed proferuntur verba, aut si cut a non intelligatur, ut esset pica, vel sicut a meniente, si intelligat.

9 Secundū quia magis requiratur ad sacramentum intentionis mentalis conferentis quam sufficiēt. Nam in omni actione intendere attribuitur magis agenti quam passo, sed ad sacramentum requiruntur intentionis sufficiēt sacramentum interpretativa si sit parvulus, & propria si sit adultus. Qui enim nec simpliciter, nec conditionaliter vult baptizari nihil recipit, vt habetur extra de baptisino & eius effectu, cap. maiores, ergo fortiori ratione requiritur mentalis intentionis ex parte baptizantis.

10 Tertio quia si sufficeret exterior expressio verborum absque mentali intentione, tunc qui baptizatur sub prescripta forma verborum ab aliquo intendente solum iocum, verē esset baptizatus. Hoc autem est fallum, vt patet Aug. lib. 7, de baptismo parvulorum, licet litera dicat q; in hoc esset druinum oraculum implorandum: hoc enim dicit quando incertum est an folo ioco quis baptizatus fuerit, an cum ioco intendetur seruum. Legimus enim q; cum puer Athanasius ludendo se simulans episcopum quosdam pueros baptizauerit, iudicatum fuit quod non rebaptizarentur, quia inuenientur est q; ipse intentionem baptizandi habuit, quod ex hoc parvit, quia non nisi catechumenos baptizauit: vbi autem collaret quod folo ioco faceret non intentione baptizandi, omnino essent rebaptizandi, eo quod nihil esset omnino prius factum.

11 Quartū quia sicut actus exprimitur in forma verborum baptismi, sic exprimitur in forma verborum matris monitri, vt quim dicitur, accipio te in meam. Sed nullum est matrimonium, si deficit interior cōsensus, vel intentionis animorum quantumcumq; fiat exterior expressio verborum, vt habetur extra de sponsa duorum, cap. tuas dicas, ergo nec baptismus si deficit interior intentionis quantumcumq; fiat exterior verborum expressio.

12 Nec ratio alterius opinionis cogit, quia etiā latet intentionis interior ministri, tamen semper supponendum est de eius intentione, ex quo profert verba que eius intentionem exprimunt: quod si non intenderet, nullum periculum ex hoc imminaret baptizato, quia in adulto fides & deuotio suppleret vicem baptismi: in parvulo autem pī creditur quod summus sacerdos Christus supplet illum quod malus minister omisit quātum ad hoc quod salutem consequeretur, quia quantum in offerentibus puerum fuit, Christum sacramentaliter induit. Si tamen confaret quod non intendisset baptizare, baptizandus esset. Requirit ergo ad collationem baptismi intentionis ministri, non quæcunque, sed conferendi quod conferti ecclesia, & sic patet primum.

13 Q V A N T U M ad secundum, breuiter dicendum quod intentionis baptizantis potest esse recta dupliciter, vel respectu

QQ

JULY 1771

111

Magistri Durandi de
respectu collationis sacramenti, vel respectu effectus sacramenti. Primo modo requiritur recta intentio baptizantis ad hoc quod sit verus baptismus, ut patet ex praeceptis. Sed secundo modo non requiritur ad veritatem sacramenti recta intentio ministri. Quis ratio est, quia prius non dependet a posteriori in his maximis que sunt separabilia ab initio. Sed sacramentum baptismi & collatio gratiae, quae est eius effectus separantur ab initio, ergo quod respicit solum effectum non est necessarium ad sacramentum, sed recta intentio respectu eius respicit solum effectum, ergo sine ipsa potest esse verum sacramentum, nec per hoc etiam impeditur effectus sacramenti, quia peruerba intentio pertinet ad personalem malitiam ministerii, quae non obsecrit baptizato, ut dictum fuit prius. Et hoc est quod dicit Augustinus in epistola ad Bonifacium & habetur de conse. distinctione, 4. & in litera, non illud meoueat.

Tb. 3. q. 7. 1.

14 AD primum argu. dicendum quod non est simile de fide que est causa iniurialis, & de intentione que est causa particularis applicans reliqua ad effectum, quia sufficit quod fides ecclesie includatur in intentione ministri ut intendat facere quod credit ecclesia, sicut ipse credat ille. Iud non aliquid valere. Oportet tamen intentionem ministerii ad hoc, ut intendat facere quod dicit ecclesia facit.

15 Ad secundum dicendum quod ad baptismum requiritur recta intentio baptizantis, quantum ad collationem sacramenti, sed non quantum ad effectum baptismi, in quo tamen sensu procedit secundum argumentum.

QVÆSTIO TERTIA.
Vtrum catechismus debet precedere baptismum.

Tb. 3. q. 7. 1. art. 1.

Deinde queritur de catechismo & exorcismo, que sunt quædam adiuncta baptismi. Et primo vtrum catechismus debet precedere baptismum. Videtur quod non, quia vita precedet doctrinam. Sed per baptismum confertur spiritualis vita, per catechismum vero spiritualis doctrina, ergo baptismus debet precedere catechismum, & non econtra.

2 Item frustra exhibetur doctrina ei qui non est capax doctrinae, sed parvulus non est capax doctrinae, ergo non debet ei exhiberi catechismus, qui est doctrina fidei.

3 IN contrarium est generalis consuetudo ecclesie.

4 RESPONSI O. Videndum est primum quid sit catechismus. Et ex hoc apparet quod queritur.

5 QUANTVM ad primum sciendum est quod factum in aliis doctrinis sunt quædam principia communia, quibus ignoratis necesse est artem ignorare, eis tamen fidei non oportet totam artem propter hoc sciri, sic in doctrina fidei sunt quædam communia, quæ necessarium est scire ad salutem, ut articuli trinitatis, incarnationis, passionis, aduentus ad judicium. Alia vero sunt subtiliora, ad quæ non omnes tenentur instrui, ergo instruacio de communib[us] quæ necessarium est scire ad salutem vocatur catechismus, unde sic diffinatur, catechismus est instruatio circa fidem rudimenta, id est, circa generalia fidei, que etiam rudibus necessaria sunt ad scientiam.

6 EX hoc patet secundum scilicet quod congrue catechismus procedat baptismum. Primum quantum ad adultos, quia in baptismino fit obligatio ad observationem fidei, & eorum que pertinent ad fidem, sed nullus adulterus obligatur ad fidem & ad baptismum, nisi sciens & volens. Non enim adulti sunt cogredi ad profitendum fidem, vel ad suscipiendum sacramenta fidei, sed inducendi in structione & admonitione, ut dictum fuit in precedentibus, ergo congruum fuit quod ea que sunt fidei proponantur baptizando saltem in generali, ut ipse profiteatur fidem, & per subsequentem baptismi susceptionem obligetur ad eius observationem. Itud autem rotum fit in catechismo. Est enim ibi instruacio de communib[us] articulis fidei ex parte catechizantis, & responsio de fidei susceptione & professione ex parte baptizandi, & iponsio de eius observatione, ergo convenienter catechismus praecedit baptismum, & hoc satis congruum est in adultis, ut dictum fuit. Et de hoc dicit Rabanus de institutione clericorum, & reci-

Sancto Porciano

tatur de consec. dist. 4. ante baptismum catechizandi debet præuenire officium, ut fidei primum catechizandus accipiat rudimentum. Et hoc videatur originaliter procedere ex traditione Christi, qui mitiens discipulos ad baptizandum adulti præcepit eos primum docere, deinde baptizare. Et Philippus postquam docuerat Eunuchum antequam baptizaret eum, percuti an ex toto corde crederet, quo respondente credo Dei filium esse Iesum, &c. Tunc baptizauit eum, ut haberetur in actibus Apostolorum. Et sic præcessit catechismus baptismum. Quod autem hoc sit congruum quantum ad parvulos, de quibus minus vis detur, potest sic persuaderi: quia sicut parvulus potest con sequi salutem ex fide aliena cum sacramenta, sic congruum est quod possit obligari ad ea que sunt fidei obligatione aliena, sed istud sit per catechismum cum responsive & obligatione que fit pro parvulo per patrum, ergo &c. Haec autem præcedunt de congruitate baptismum, & non de necessitate: quia si quis baptizaretur sine catechismo præcedente, verè esset baptizatus, & ad obseruantiam fidei obligatus, dum tamen ad susceptionem baptismi concurret voluntas propriæ baptizati, si esset adulterus, vel interpretativa, si esset parvulus.

7 AD primum argu. dicendum quod vita naturæ precedit quamcumque doctrinam, sed doctrina potest precedere, & congrue præcedit vitam gratie, vita autem gratie est per baptismum, doctrina autem per catechismum. Et ideo catechismus debet præcedere baptismum.

8 Ad secundum argumentum dicendum quod sicut ecclesia pro salute pueri accommodat ei et alterius ad credendum, ita & fides aliena maximè parentum, vel gerentium vicem eorum, reputetur fides pueri ad salutem: sic accommodat ei alienas aures ad audiendum, & alienum os ad profitendum, & ad spöndendum ea que sunt fidei & sacramenti. Et virtuosique est eadem ratio, scilicet quod parvulus possit per alienum salvari, & per alium obligari ad ea que sunt salutis.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum exorcismus debet precedere baptismum, & vtrum sit aliquius efficacie.

Tb. 3. q. 7. 1.

De exorcismo queritur vtrum debet precedere baptismum, & vtrum sit aliquius efficacie, & video quod non, quia si per exorcismum diabolus expellereur a parvulo baptizando, aut hoc est quantum ad effectum corporalem, aut quantum ad effectum spiritualem: non quantum ad effectum corporalem, quia non omnis baptizandus est energumenus, nec quantum ad effectum spiritualem, quia per exorcismum nullus liberatur nec a pena nec a culpa, ergo frustra sit.

2 Item prius est expellenda causa, quam effectus, sed peccatum est causa quare dæmon in hominibus habet potestate, ergo prius debet homo mundari a peccato per baptismum, ut postea liberetur a potestate dæmonis per exorcismum.

3 IN contrarium est quod dicit Cœlestinus Papa, & habetur de conse. dist. 4. cap. Siue parvuli siue iuuenes ad regenerationis venient sacramentum non fontem vite videant antequam exorcismus, & exsufflationibus clericorum spiritus immundus ab his abigitur.

4 RESPONSI O. Dicenda sunt duo. Prima est, quid sit exorcismus, & quare fiat. Secundum est, verum ex: orculum ex opere operato habeat aliquem effectum.

5 QUANTVM ad primum sciendum est quod exorcismus est idem quod abiuratio per quam de mons potestas areatur, ne impedit baptismandum a susceptione sacramenti. Et istud sit rationabiliter ante baptismum, quia sicut est in generatione naturali, sic videatur quod debeat esse in generatione spirituali. Sed in generatione naturali si est quod generans prius remouet dispositiones impedientes susceptionem formæ antequam introducat formam, ergo similiter in generatione spirituali que est per baptismum, prius remouenda sunt ea que possunt impeditre susceptionem vite spiritualis, ut est potestas dæmonis, quam

Lib. IIII. Distinctio. VII.

quam accepit in hominem ex peccato primorum parentum quam introducatur per baptismum vita spiritualis; illud autem fit per exorcismum, ergo exorcismus debet precedere baptismum: & hoc est quod dicit Rabanus de institutione clericorum: & recitatur de conf. dist. 4, vbi dicitur sic: Postquam baptizandus per confessionem vera fidei in alterius se commendauerit dominium, & per abrensum ciariensem prioris professoris se seruunt alienauerit exsuffatur ab eo potestas sua, ut per pium facerdotis ministri spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus.

^{Tib. 3.} 6 Q V A N T Y M ad secundum dicendum est quod quemadmodum hunc in exorcismo quorum virtus est solum in significando, quod autem quorum virtus est in efficiendo illa que solum significant si sunt in factis ab aliis verbis, ut sal in ore possum, & linitio narium, & aurum cum sputo, & ventilo olei in pectore, & inter spatulas. Primum enim significat discretionem diuinam sapientie. Secundum scilicet, linitio narium & aurum significat aptitudinem respectu fidei descendens & approbadam. Auditus enim aurum maxime proficit ad doctrinam, nares vero de odore iudicant. Tertium vero, scilicet olei ventilo, significat expeditionem hominis ad pugnam contra hostem. Tria autem alia pertinencia ad exorcismum sequuntur baptismum, scilicet christinatio in vertice qua significat gratiam Christi descendente in baptizantem. Traditio cerei accensi in signum clavis fidei, & candida vestis in signum innocentiae resurrectionis. Alio vero significat quod significat & consistunt in factis & in verbis simul, ut exsuffratio cum verbis, ad hoc institutis que sunt, maledictis ex ab eo: & manuum impositione cum benedictione. Primum enim significat & efficit expulsionem demonis, ne impedit baptismum a susceptione baptismi. Secundum precludit ei viam redeundi: & quod ita sit patre ratione & autoritate. Ratio est, quia in ritu ecclesie que regitur Spiritu sancto nihil efficit frustra vel false, sed nisi praedicta verba efficerent quod significant, maximè illa quae proferuntur imperatiu, & ratio daemonis frustra proferrentur & quasi falsa, ergo habent efficaciam faciendo id quod significant. Ad idem est auctoritatis Augu. de symbolo, lib. 1. & recitatur de conf. dist. 4, ca. Sic ut nos. vbi dicitur sic. Parvuli exsuffflantur, & exorcisantur, ut expellatur ab eis potestas diaboli & inimici. & idem dicitur ca. dehinc iterum, tamen non propter hoc exorcismus est sacramentum, quia virtus eius non est ad spiritualiter effectum, qui sit remotio culpæ vel poena procula debita, sed est solum ad remouendum impedimentum quod posset impediare a susceptione sacramentum.

7 AD primum argumentum dicendum quod per exorcismum demon expellitur quârum ad effectum corporalem non intrinsecum: quia non oportet baptismandum esse energum, sed extrinsecum, quia compescitur ne impedit baptismum à susceptione sacramenti.

8 Ad secundum dicendum quod quâdo effectus conformat & roborat, tamen tunc primo laborandum est ad curandum effectum, ut postea melius procedatur ad curationem causa. Potestas enim daemonis in hominem, licet sit ex peccato primorum parentum, firmat tamen adulatum in malitia, & parvulum impedit potest a susceptione baptismi, in quo procuratur salus nostra, & ideo convenienter prius debilitatur potestas daemonis per exorcismum, ut postea liberetur & convenientius salus detur parvulu per baptismum.

Sententia huius distinctionis. VII.
in generali & speciali.

Nunc de sacramento confirmationis. Superiorius determinauit Magister de sacramento baptismi. Hic determinat de sacramento confirmationis. Et dividitur in quatuor partes. Primo enim determinat huius sacramentum essentiam. Secundo ipsum ministrum. Tertio eius effectum. Quartu eius ritum. Secunda ibi, sacramentum hoc ab aliis perfici non potest. Tertia ibi, virtus enim huius sacramenti. Quarta ibi, Hoc sacramentum. Hoc est diviso istius lectionis, & sententia generalis.

2 IN speciali vero Magister sic procedit. Et primo ponit agendum esse de sacramento confirmationis, cuius formam aptam dicit esse ipsa, scilicet, verba quia dicit episcopos

Quæstio I.

pus cum baptizatos christi natus in frontibus, in quo etiam tangitur materia eius, quia est christina confermat. Postea dicit quod sicut apostolorum temporibus non potuit hoc sacramentum ab aliis quam ab episcopis esse perfectum, sic nec modo potest nisi ab illis qui locum eorum in ecclesia tenent, ab ipsis, scilicet episcopis, quod si ab aliis conferatur, irrumpt & vacuum habetur, unde licet presbyter baptizatos nungere vel tangere in pectore possit, non tamen ei vel eis licet baptizatos christi natus signare in fronte. Deinde dicit quod efficacia huius sacramenti est, quod in eo datur spiritus sanctus ad robur ad nomen Christi publice confitendum, & ut ipsi suscipientes plenè Christiani inueniantur, ut dicit Urbanus Papa. Obicit autem contra hoc quod dixerat hoc sacramentum a solis episcopis posse perfici per Gregorium, qui scribens Ianuario episcopo concedit quod simplices presbyteri baptizatos tangentur debeat vbi episcopi defuncti. Sed econtra dicit quod illud existimat solum esse coesum pro scandalo vitando. Subdit autem quod hoc sacramentum videtur esse dignus baptismi. Et quia a dignioribus datur, & quia in digniori parte corporis fit, sicut in fronte, & forte quia per ipsum maius virtutum augmentum praestatur, quamvis baptismus plus valeat ad remissionem peccatorum. Ultimum dicit quod hoc sacramentum deberet tenius traducere & baptizamus, nisi aliter cogat necessitas, scilicet infirmitas vel mors, nec debet iterari, sicut nec baptismus, nec ordo, ne fieret iniuria sacramentu, quod tunc fit quando sacramentum non iterandum iteratur. Et subdit quod indubitanter tenendum est quod baptismus, confirmationes, & ordo iterari non debent: de aliis autem vtrum licet, vel possint iterari dicit se determinatur in inferius. Et in hoc terminatur sententia, &c.

Q V A E S T I O P R I M A.
Vtrum confirmationis sit sacramentum.

Tho. 3. q. 72. ay. 1.

Circa distinctionem istam queritur primo vtrum confirmationis sit sacramentum. Et videtur quod non, quia eiusdem virtutis (scilicet fidei) actus sunt credere & confiteri. Actus enim exterior & interior in idem principium reducuntur ordine quadam. Sed sacramento baptismi attributus actus credendi, quum baptismus sit sacramentum fidei, ergo eidem debet attribui confessio fidei, sed ad hoc ponitur confirmationis, ergo ipsa non est sacramentum per se a baptismis distinctum.

2 Item sacramenta habent virtutem ab institutione diuina. Sed confirmationis non legitur a Deo instituta, ergo non est sacramentum.

3 IN contrarium est quod dicit Melchiades Papa, & habetur de conf. dist. 4, cap. De his vero. Scitote vtrumque esse magnum sacramentum, scilicet baptismum & confirmationem.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est an confirmationis sit sacramentum. Secundum est vtrum sit sacramentum ad falutem.

5 Q V O ad primum dicendum est quod confirmationis est sacramentum a baptismis distinctum, quod potest probari tripliciter. Primo ex conuenientia virtutis corporalis ad spiritualem sic: Sicut est in vita naturali sicut si modo est in vita spirituali, sed in vita naturali sicut est quod praeter generationem per quam vita acquiritur requiritur alia actio per quam homo ad perfectam quantitatem & virtutem producitur, scilicet augmentum, ergo similiter in vita spirituali praeter generationem spiritualem quae fit in baptismis, per quam vita acquiritur, requiritur alia actio sacramentalis per quam vita spiritualis ad perfectam virtutem deducitur, hoc autem fit per confirmationem in quod darunt spiritus sanctus ad perfectum robur, igitur &c. Et hoc est quod dicitur de conf. dist. 5, cap. 1. Omnes fideles per manus impositionis episcoporum spiritus sanctus accipere debent ut pleni Christiani inueniantur. Secundum patet idem ex effectu ad quem ordinatur sic: Ad actum qui habet spiritualiter difficultatem opus est spirituali adjutorio. Sed prater difficultatem quae est in credendo, est spiritualis difficultas in confitendo fidem tempore persecutionis, & quando ex persecutione imminentem periculum moritur.

Q Q 2 Littere